

Programma, Quo Magnificum Dn. Rectorem, Universum Universitatis, Civitatis, & Rev. Ministerii Senatum ... Ad Disputationem Inauguralem, Dn. Johannis Praetorii, Furstenavia-Westphali ... ad diem XVI. Decembris ... solenniter habendam, Joannes Jacobus Döbelius, Med. D. P. P. Poliater, & ad hunc Actum Decanus, Ea, qua par est, Humanitate invitat

Rostochii: Kilius, 1673

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730124932>

Druck Freier  Zugang



R.U. med. 1673

Johann Jacob Döbel, Prae.
Johannes Prætorius, Resp.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730124932/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730124932/phys_0002)

DFG

64

& HELMONTII
RUM GENERATIONE,
LIATIO,
ASIONE
HI FERINI,
QUE MILITE PROPELSSI,
OQUE
S INAUGURALIS,
REMO NUMINE,
MÆ FACULTATIS MEDICÆ,
RATORE
RO
TISSIMO, EXPERIENTISSIMO
JACOBO
ELIO,
TRO, ET FACULTATIS
m Spectabili Decano,
TRONO, FAUTORE,
Suo Devenerando,
DOCTORATUS,
à Privilegiis consequendis,
IM EXAMINI PROPOSITI,
exhibita,
à
PRÆTORIO,
A WESTPHALO,
torio Majori.
loris ante & Pomeridianis.
NNIS KILII, Universit. Typogr. 1673.

66

PROGRAMMA,
Quo
MAGNIFICUM DN. RECTOREM,

Universum,
Universitatis, Civitatis,
& Rev. Ministerii
SENATUM,

Omnes Literorum pariter ac Literatorum,
ARTIS præprimis MEDICÆ
PATRONOS, FAVTORES, CVLTORES,
Ad Disputationem Inauguralem,

DN. JOHANNIS PRÆTORII,

Furstenoviâ-Westphali,
In Acrōaterio Majori, ad diem XVI. Decembris,
Horis ante & pomeridianis,
solenniter habendam,

JOANNES JACOBUS
DÖBELIUS,

Med. D. P. P. POLIATER,

& ad hunc Actum DECANUS,
Ea, quâ par est, Humanitate invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1673.

D. Gluck-
vade. paa-
fat. in Be-
guinum.



mùm, mox per Plateas, cruciatù simulans Dentis, à prætereuntium partim, partim obviā factorum penè singulis, pro averuncando Malo, Medicinam accepit, solisque horis matutinis ultra trecentos, cum Remediis suis, Medicastros notavit. De Orbe, olim jam Herodotus, Medicis referta esse omnia, proclamavit. Eandem & hodie repeti cantilenam posse, vix est, qui vocare in dubium ausit.

Fingunt se Medicos omnes; Idiotæ, Sacerdos,
Judeus, Monachus, Histrio, Rasoř, Anus.

Quàm numerosus verò horum est Numerus; tam est periculofus. Nullo in Mendacio est periculum majus. Mendacium est, sicubi affirmanda neges; neganda affirmes. Opere, perinde est, an Ore præstes. Illud in Arte patrat, qui, vel Ignorantiā, vel quæ Ignorantiā deterior, Malitiā, sive insufficiens Morbo, sive inconveniens, ut deleterium taceam, Remedium parat. Sed &, qui solius suæ conscius Ignorantiæ, quæ haud præstiturum se cognoscit, quasi præstiturus sit, suscipit, neque prius à cæpto cessat, quàm Spec omnis decollavit: Nummo communi-

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

ter

ter magis quām Nōmine ductus. Sed verō, prout nullum non
est Mendacium periculorum; quod ad Patrem dicit Menda-
ciorum, & à Veritatis viā, ipso DEO VERO seducit; ita peri-
culosius est longē, quod Virtutis specie fallit, speq; Sanitatis re-
cuperandꝝ, in vita Proximū periculum inducit. Corium Hu-
manum est, quod tractandum suscipimus, in quo non licet bis
peccare. Quām verō hoc periculosè exponas iis, qui nisi pec-
care nolunt; aut, quod recti non habeant verique notitiam,
nisi peccare, non possunt. Afflīctio haud esse addendam affli-
ctionem, communis docet Humanitatis ductus: ab Huma-
nitate ergo fuerit alienum, non speratam caecitatem ægrotanti
opem non ferre; verū etiam, si non Mortem, graviorem
cettè morbo Afflictionem inferre. Afflīctio revera Morbus est,
& communiter periculosa: auget periculum, malitiosè nego-
tium, imò vel imperitè tractans: ubi quiescendum erat; nihil
non movens: ubi nihil nō movendum; nihil sapientius quām non.
nihil agens. Sed ea non intuemur: adeò blanda est pro se cuiq;
spirandi Dulcedo, Credulitatis hujus fundamentum. Dulce
esse, vel sub ipsis tori Afflictionum acerbissimarum, quotidie
nos infestantium tormentis, quod spiramus Vitæ spiraculum;
negaverit nemo, quicunque Datorem noverit Vitæ, dulcedi-
nemq; cognoverit, omnem Adversitatum sive acerbitatem.
sive amaritudinem gloriosepariter ac gratiosè temperantem.
Sed & iis fuerit dulce, qui, tūm Futuram sperare vitam haut
habent, aeternum Hanc præsentem spirare aevent. Et, quām
dulcis Vita est; tam est in Vita Sanitas dulcis: adeò, ut sint, qui
ipsam Sanitati Vitam postponant, mortemque præferant Vitæ
non sanæ. Atque hos quidem utilitus effrenorum Affectu-
um regis indultus; ita haud illicitꝝ, vel per angustum hoc
vitæ stadiolum, ad augustum Sanitatis usum spirantes,

*Ut sit Mens sana in Corpore sano,
precamur eum, in quo vivimus, movemur, & sumus.*

O Sani.

O Sanitas beata!
 O Sanitas amanda!
 O Sanitas colenda!
 Tecum mibi BEATE
 Reliquum agitare vite
 Liceat! Mibi perennia
 Comes o adesto Vite!
 Nam, quicquid est Bonorum,
 Et quicquid est Leporum,
 Et quicquid est Honorum,
 Et quicquid est Amorum,

Magnis in Auri acervis,
 In Liberis venustis,
 In Principum decore,
 In Conjugum Favore,
 Et quicquid est, quod amplius
 Largitur Orbis Author
 Quietis à Labore,
 Gaudiique post dolorem,
 O Sanitas beata
 Tecum viget vigetq.!

Verum enim verò, Sanitatem rogare, rogatam variè erogare,
 erogatam Huic illi statim concredere revocandam; illud verò,
 ob enumerata tot pericula, Rationis videtur haud adeò sanx.
 Notanter Phædrus:

Quanta putatis esse Vos dementia?
Qui Capita vestra non dubitatis credere,
Cui Calceando nemo commisit pedes.

In aliis, extra nos positis, cui sit habenda Fides, curatè vides:
 &, quæ Te tangunt ipsum vitamque Tuam, cuvis credis?
 Conscientia commendat Medicum; sed Scientiâ stipata; Ec-
 quid verò expectaveris, ubi Conscientia est parum, Scientiæ
 nihil, neque nisi Odor superest lucri, ex re quâvis gratus. Sed
 verò, prout Culpa quilibet sibi meritam; ita Deceptionis
 Credulitas vel in vita penam luit. Et post Fata etiam Intem-
 perantia culpatur, ultroque, qui perierte, arguuntur. Non im-
 probamus heic studium Matris familias & probitatem, Reme-
 dia adversum cùm domestica sibi, tūm alia facile incidentia.
 Corporis mala, eorumque germanum usum, habentium para-
 tum. Ipsa Rationis veræ expertia Bruta, Ratione quasi duce-
 familiarium sibi Affectuum Remedia norunt. A Phalangio
 Cervi, alioque simili percussi; Cancros edendo sibi medentur.
 Iidem Dictamnum herbam Sagittis monstravere extrahendis.

Neg

Plin.
 VIII.27.
 Polyd.
 Virgil.de
 Invent.
 L. 21.

Nec illa feris incognita Capris,
Gramina, cùm Tergo volucres basere sagitta.

Arundine Hippopotamus, Plethora pressus, venam
secat, plagamque, postquam morbidum alias Corpus San-
guinis profluvio levavit, limo obducit. Ibis rostri adun-
citate partem perluit, quā Ciborum convenit onera redi-
di. Chelidoniam, Visui salubrem, Hirundines docuere,
vexatis pullorum oculis illā medentes. Ciconia Origa-
no, vulneri admoto; Hederā Apri sibi prospiciunt. Pa-
lumbes, Graculi, Merulæ, Perdices, Lauri folio: Colum-
bæ, Turtures & Gallinacei, Helxine & Anates, Anseres,
Cæteræque Aquaticæ, Siderite: Grues & similes, juncō
Sylvestri annum fastidium purgant. Ipse Anguis mem-
branam, hyberno situ Corpori obductam, succo Fœni-
culi exuit, nitidusque vernat: & Homo, Rationis veræ ca-
pax, ductum haut sequatur Rationis, eaqne non lustret,
quibus se illustret? Quin immò & sequiorem eā Sexum
Disciplinā comperimus, ut Feminarum ingenuas Lextan-
dem apud Athenienses ad addiscendam adduxerit Artem,
Romanarum Matronarum haud paucæ illustrē suum.
Illustrius ab Arte reddidere Nomen, ab Illustrissimis Me-
dicorum pariter ac Historicorum allegatæ. Illustrē ha-
ctenus Londini, ad Equile Regis, tam Artis dictæ, quam
Amoris Conjugalis, Eleonora Mōnumentum, Venes-
ni, ex Eduardi Primi Conjugis vulnere, suctione reliquit.
In Daniā adeò olim Praxis floruit Muliebris, ut Habitu
Artem Muliebri sit Othinus professus. Et Germano-
rum tandem Mulieres, Author est de Moribus Germa-
norū Scriptor, Militiam ab Hermione, Germanorum
Rege, sequi jussæ; quod Medicinam exercent, Vulnera
fugendo & sanando. Stabat hisce Seculis intra angustos
saltim limites Medicina, fluenti Sanguini Vulneribusque

Compendio
eas vid.ap.
Zacut. l. 1.
Hist. 7.

Saxo
Gram-
mat.l.3.
conf.Franc
Patri. l. 2.
d.Repubb.

v. Senec.
Ep. 95.
Cels. Pref.

i. apb. I.

p. 13c
XXXIV. 10.

coeundis destinata. Corpora, opere ac labore vero dura, Cibus excipiebat, qui nisi esurientibus placere non poterat. Poterant vitiis Simplicibus obstarere Remedii simplicia. Nunc Necesse est tanto operosiora esse munimenta; quanto sunt valentiora, quibus petimus. Nihilominus tamen neq; etiam hodie repudiamus Mulieres, quæ sive Amicitiæ & Necessitudine ductæ, sive pretio conductæ, lectulos ægrotantium invisunt; Morbi cœdium, nisi sint invisa, præsentia pellunt; Symptomatum Characteres & Mutationes, ut notificant Medico, notant; ordinatam victus rationem adornant; Corpori languenti subleyando, friçando, ungendo, aliove quo tractando modo, manum adjutricem commendant; admissionemque Medicamentorum commendant. Adstantium Hasce nomine comprehendimus, quos ad Necessaria ægro subministranda, à Præfenti Medico informari inculcavit Præceptor. Romanorum Antiquitas Medicas aliquando, aliquando Clinicas vocitavit. Eque apud Gruterum

JULIÆ. QUINTIANÆ.

CLINICE. FIL. KARISM,
MATER,

ac

JUL. Q. L. SABINÆ.
MEDICÆ.

QV. JULIUS ATIMETUS.
CONJUGI
BENE MERENTI.

v. Laur.

Pignorius

Comm. d.

Serv. p. m.

37.

Monumentum ponit. Et videantur Hæ quidem Medicæ aliis Gynecæ tantum & Muliebria curasse; JCto Ulpian. l. i. §. 2. D. de extraord cognit.

etiam

etiam simplici Obstetricum voce vocentur; Certum
tamen eas Obstetricum tantum munus subiisse, alibi
nobis monitum est, &, extra Gynecæ, apud Poetam,
Melæt. Phys.
sol. p. 66.
lin. 24.

Percurrat agili Corpus Tractatrix
Manumq; Doctam spargit omnibus Membris.
Martial.
III. Epigr.
80.

Ipsis in Sacris Amorem quidem; sed & Morem, Mulieri-
bus, familiarem, testata est tam, quæ gratidia sua de-
flens Mala, Unguento pretioso Servatorem unxit Vi-
vum; quam, quæ Mortuum Maria destinarat condien-
dum. *Mattib. XXVI. 7. XXVIII. 1.* Quidni ergo, vel ab Grandia
ungendo quasi dicenda, inque curam Viri & obsequi.
Mala mea-
umq; nata Uxor, aliave de Familiæ Salute sollicita Ma-
ter, donec aliud sit à Medico docta, in promptu habeat,
quibus Sibi, Marito, Liberis, Universæ præesse domui
possit. Illas culpamus, cumque illis Masculi etiam
Sexus omnes, quic. neglectis Morbi Causâ, Indicatione,
Tempore, clanculum Curationibus minus masculè se
immiscentes carpunt, quæ non capiunt; postposito-
que Medici Consilio, Medicum decipiunt & Ægrotos;
Hisque, tenuitatem suam & egestatem satis alias com-
muniter objicientibus, largam sèpè pecuniam emun-
gunt. Restabant, quæ proferri alia in rem præsentem pos-
sent, quorumq; gratiâ dicta modò adduximus, pro Futu-
litate Medicastrorum plenus demonstranda, in præ-
sentiarum proserenda: sed Spatio præter exspectatio-
nem intercepti, ulteriori ea reservamus occasioi. No-
minatus in Frontispicio DN. JOANNES PRÆTORIUS,
Peregrinus planè Medicinæ Candidatus, Honestissimis
Parentibus, Patre JOANNE PRÆTORIO, Pastore Fur-
stenovia, in Ditione Osnabrugensi, solertissimo: Matre,
ANNA SCHLEDEN, Fœmina Fœmineæ Virtutis
decore ornatissimâ, uatq; diversis in locis, quorum egre-
gia

gia pro se Testimonial habet. Philologiæ pariter ac Philosophia; hinc in Alma Bregelana, in quâ quinque annis vixit, Medicinæ fundamenta jecit, Moderatoribus DNO. BECKERO, STRASBURGIO, LE-
PNERO, WOSEGINO, Viris omni laudum genere fulgidissimis, Præsideque DN. LEPNERO, Commititio quondam nostro jucundissimo, DE PODAGRA. Actiam Disputationem, Author, publicitus, cum applausu defendit. Sed trahebat, altiora spirantem, in Daniam, singularis Virorum Celeberrimorum THOMÆ BARTHOLINI, SIMONIS PAULI, OLAI BORRICHII, eaque nunquam intermoritura Fama; quo biennium, & quod excurrit, Eos apud commorari pelliceretur. Hoc elapso, salutanda in animum veniebant, post Novellam, quæ Londini in Scaniâ est, Universitatem, Celebriora Sveciæ loca: quibus lustratis, Helsingoræ ad Praxin aliquandiu Studium accommodabatur, donec ante quad trimestre ad Nos appelleret, promeritum dudum laborum Brabæum, supremam Artis Lauream capessurus. Examinatus, eum se exhibuit, cui Publici Examinis subeundi Facultas concederetur. Hoc fine exhibet in præsentiarum Casum de Catarrho, materiâ vulgari, haud vulgariter elaboratum, ad diem XVI. Decembr. More Majorum, in Auditorio Maximo, publicâ Disputatione defendendum. Eam itaq; honorificâ suâ Præsentia reddant Illustriorem, Magnificum Dn. Rectorem, Omnes Omnium Facultatum Professores, Doctores, Fautores, Cultores, officiosè pariter & peramanter invitamus, rogamus.

Publ. sub Sigillo Facultatis,
d. 7. Decembr. LXXIII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730124932/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730124932/phys_0013)

DFG

glia pro se Testimonial ha
ac Philosophia; hinc in Alm
quennium vixit, Medicinæ
ratoribus DNO. BECKER
PNERO, WOSEGINO,
nere fulgidissimis, Præside
Commititione quondam nostri
DAGRA etiam Disputationem
applausu defendit. Sed trah
Daniam, singularis Virorum
MÆ BARTHOLINI, SIN
BORRICHII, eaque nunqu
quo biennium, & quod excurr
pelliceretur. Hoc clapsò, sa
niebant, post Novellam, quæ
Universitatem, Celebriora Sve
tis, Helsingoræ ad Praxin aliqu
modabatur, donec ante quadri
ret, promeritum dudum labor
mam Artis Lauream capessurus
se exhibuit, cui Publici Exam
concederetur. Hoc fine exhi
Casum de Catarrho, materiâ vu
elaboratum, ad diem XVI. Dec
in Auditorio Maximo, publicâ
dendum. Eam itaq; honorificâ suâ
lustriorem, Magnificum Dn. Rec
um Facultatum Professores, D
Cultores, officiosè pariter
invitamus, rogar

Publ. sub Sigillo F:
d. 7. Decembr. L




etiam simplici Obstetricum voce vocit
tamen eas Obstetricum tantum mun
nobis monitum est, & extra Gynecæa,

Percurrit agili Corpus Tractatri

Manumq; Doctam spargit omnibus

Ipsis in Sacris Amorem quidem; sed & N
bus, familiarem, testata est tam, quæ
flens Mala, Unguento pretioso Serva
vum; quam, quæ Mortuum Maria del
dum. Matth. XXVI. 7. XXVIII. 1. Quid
ungendo quasi dicenda, inque curam
umq; nata Uxor, aliave de Familia Sal
ter, donec aliud sit à Medico docta, in p
quibus Sibi, Marito, Liberis, Universa
possit. Illas culpamus, cumque illi
Sexus omnes, quic. neglectis Morbi Ca
Tempore, clanculum Curationibus n
immiscentes carpunt, quæ non capi
que Medici Consilio, Medicum decipi
Hisque, tenuitatem suam & egestatem
muniter objicientibus, largam sœpè p
gunt. Restabant, quæ proferri alia in ren
sent, quorumq; gratiâ dicta modò addu
litate Medicastrorum plenus demon
sentiarum proferenda: sed Spatio præ
nem intercepti, ulteriori ea reservamus
minatus in Frontispicio DN. JOANNES
Peregrinus planè Medicinæ Candidatus
Parentibus, Patre JOANNE PRÆTORI
stenoviæ, in Ditione Osnabrugensi, sole
ANNA SCHLEDEN, Fœmina Fe
decore ornatissimâ, nat9, diversis in loc



the scale towards document

tum Melet. Phys.
alibi sol. p. 66.
lin. 24.
Martial.
III. Epigr.
80.
ieri. Maria
de Magda.
VI. lena
lien. avage.
el ab Grandia
qui. Mala mea.
Ma
beat,
mui
tiat
one,
lè se
fito
tors
om
hun
pos
futi
pr
atio
No
lius,
simis
Fur
atre,
tutis
egre
gia

Patch Reference numbers on UTI
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.